UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Ivrispatronatvs Acquirendi, conseruandiq[ue] illud; ac amittendi modos breuiter continens

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Illvstriss. Et Reverendiss. Principi Ioanni Baptistae Lenio S. R. E. Card. Ampliss.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61772

Visual Library

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
PRINCIPI
IOANNI BAPTISTAE
LENIO
S. R. E. CARD. AMPLISS.

IVLIANVS VIVIANVS
Decanus Piſ. F. P.

VT genita hæc, quæ cæli ambitu continentur, Princeps Illuſtriſsime, Sole viuificantur vniuerſa; ſic animorum fœtus collucentium Heroum fulgore. Cùm itaque Praxis hæc, quæ meo ſatu genita nec viuere, nec creſcere poſſet abſque Solis efficientia, in Solem Illuſtriſsimi nominis Tui,

Tuarumque Heroïcarum Virtutum ſponte ſua procedat; præuidens fore, vt & Tuo calore foueatur, & ſplendore colluſtrata augeſcat: ipſe quoque eius impetum ſequor, Tibique Vir Illuſtriſsime, ac Nomini Tuo eandem volens & libens offero, ſimulque hunc animum meum totum dico. Neque operis exilitate reuocor: quippe nouerim, Te munera quamuis exigua honorifice, atque hilariter accipere ſolere, & quicquid Tibi dicatum eſt, benigne ſemper, & fouere, & tueri. Quamobrem Deum Optimum Maximum ex animo iugiter precabor, vt Amplitudini Tuæ vitam tribuat, non minus diuturnam, quam incolumem, & Beatam. Vale. Piſis Calendis Septembris. M. DC. XIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN